Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

filium suum primogenitum. Et pannis eum involuit
et reclinavit eum in presepio quia non erat ei locus in diversorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes et
custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce
angelus domini stetit iuxta illos et claritas dei circumfulsit illos. Et timuerunt timore magno. Et dixit illis
angelus. Nolite timere. Ecce enim ewangelizo vobis
gaudium magnum. quod erit omni populo. quia natus est
vobis hodie salvator qui est christus dominus in civitate david.
Et hoc vobis signum. Invenietis infantem pannis
involutum et positum in presepio. Et subito facta est multitudo milicie celestis. laudantium deum et dicencium.
Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. amen. Colla. Concede quesumus omnipotens. Si autem
hec dominica in sexta die nativitatis domini evenit. tunc legantur
hec. iiii. lectiones que secuntur inter quas responsoria
supra scripta cantantur. et ewangelium. Pastores. et cetera. Secundum lucam.
In illo tempore. Pastores loquebantur ad invicem.
Transeamus usque bethlehem et videamus hoc verbum quod factum est. quod fecit dominus et ostendit nobis.
Et reliqua. Omelia. venerabilis Bede presbiteri.
Verba pastorum quam sint tonabilia et pastoribus
cecte digna diligenter inspiciat. Vere enim si vigilantes non dormiunt. Videamus primum. videamus quod dicit
et videamus verbum quod factum est. R. Nesciens mater. Require folium.
In principio erat verbum et verbum erat factum est. R. X.
Invenimus quod semper erat. videamus quomodo pro nobis factum
est. quod fecit dominus et ostendit nobis. Verbum hoc
ipsum se fecit. Siquidem hoc ipsum verbum dominus est. R.